

tinent omnium Domini sacerdotum, nihil sine primatibus oportet impleri.¹ Et item in eadem epistola²: Haec autem, frater karissime, *f. 22. quę ad interrogationem dilectionis tuę *ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantie excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiam facias pervenire, ut, si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverint ambigendum, per ipsum de omnibus, quae ad te scripta sunt, [ins]truantur³.

13. Quae sententia beati Leonis de his loquitur, qui, ut prae-misimus, metropolitani simul et primates sunt provinciarum et de quibus loquens Nichenum concilium . . . dit^b ordine explanato³: Similiter autem, subauditur: [ut]^e apud Alexandriam et apud Anthiochiam privilegium s[e]rvatur^d, ita et apud caeteras provincias suis privilegia servantur ecclesiis. Contra quae statuta Iuvenalis Hierosolimorum episcopus usurpato typo, quoniam a Nichenom concilio iussus est Hierosolimorum honorari^e episcopus⁴, faciente secum Anatholio Constantinopolitano episcopo, qui et privilegium non solum secundę ac tertie sedis, verum et primę sedis Romanae sibi attemptavit praesumere, conhibente per adolationem Maximo Anthioceno episcopo, diocesim Anthiochenam dividens tres Palestinas *f. 22' sibi in synodo Calcidonensi subripuit.⁵ Quod prevalentibus *sacris Nichenis canonibus et apostolorum sedis auctoritate cassatum per omnia extitit, et ad mensuram suam eadem Hierosolimorum civitas est redacta, quam per Nichenos canones meruit, quia, inquit⁶, consuetudo optinuit et antiqu[a]^f traditio, ut Heliae episcopus honoretur. Habeat honoris conseq[uen]tiam^g, salva metropoli dignitate.

14. Quam⁷ honoris conse[quen]tiam salva metropoli dignitate et beatus Gregorius prov[i]dit, quando Siagrio Augustidunensi episcopo Brunechilde reg. .^h Francorum et ipso petente pallium pro honore ecclesiae suae[e] tribuit dicens⁸: Ne indumenti huius

^a) Stark verblaßt. ^b) Zeilenanfang zerstört, 2—3 Buchstaben verloren; vor d mit ziemlicher Sicherheit noch ein b zu erkennen: vielleicht subdit. ^c) Zeilenanfang fehlt, t noch schwach erkennbar. ^d) Zeilenanfang zerstört. ^e) -ra- übergeschrieben, o davor auf Ras. ^f) Zeilenende zerstört. ^g) Zeilenende zerstört. ^h) Zeilenende zerstört, jedoch für -ina, wie zu ergänzen am nächsten läge, kaum ausreichend Raum.

¹) Vgl. oben S. 59 N. 5. ²) MIGNE 130, 889; HINSCHIUS S. 626. ³) MIGNE 67, 148 c. 6. ⁴) Vgl. Nic. c. 7, MIGNE 67, 149. ⁵) In diesem Sinne wurde zu Chalcedon entschieden. Vgl. MANSI 7, 179 ff. 732 f.; oben S. 73 N. 1. ⁶) MIGNE 67, 149 c. 7. ⁷) Vgl. Hinkmar, MIGNE 126, 343 f.; oben S. 56. ⁸) MG. Epist. 2, 214 (J-E. 1751).